

& agnitionis divinae exceperint tenebrae plus quam Cimmeriae: Sanctitatem & puritatem cordis, aversio à D E O, & conversio ad malum: integritatem, & perfectionem, & harmoniam ceterarum virium omnium tam corporis, quam animae cum D E O, horribilis contumacia: immortalitatem denique mors corporalis & aeterna.

81. Et ita quidem altè radices malū hoc in nostra substantia, singulisq; ejus partibus egit, ut nō in superficie duntaxat hærens, pro libitu à nobis abstergi queat: sed adeò omnes vires & facultates tum corporis, tum animi pervasit & infecit, imò ad medullas ipsas, intimos recessus es penetravit, ut nihil sani, nihil integri in nobis relictum, à planta pedis, ad verticem usq; capitis, Ies. 1, 6,

82. Id quod ex consideratione partum istius mali patebit manifestius, quarum principales sunt duae. Vna corruptionis: altera Reatus propria.

82. Corruptio respicit 1. $\sigma\epsilon\rho\eta\sigma\omega\nu$, privationem justitiae sive imaginis originalis. debite inesse: 2, $\theta\epsilon\sigma\omega\nu$, positionem habitus contrarij, depravationis nimirum omnium virium humanarum.

84. Hanc $\theta\epsilon\sigma\omega\nu$ sive depravationem scriptura plerumque Concupiscentiae voce indiget at, propterea quòd foedissimam pessimarum concupis-

L 4 centia-